

abierunt. Igitur Augustus ab adolescentia iocatus est. Vatinius podagræ morbum ( qui ferè omnium mos est ) dissimulare nitebatur dicens: Se iam mille passus per diem ambulare: dixerat hoc ille, forsan post hyemale solstitium. Hinc irridendi materiam Cæsar arripuit. Et minus, inquit, miri est, longiusculi dies incipiunt? Cuidam libellum sibi timidius offerenti, & ob multam præsentia suæ reuerentiam, nunc porrigenti dextram, nunc itentidem retrahentis. Putate, ait, aßem Elephanti dare? Urbanus principis iocus & tam humanæ conditionis memor, quàm quod maior principum pars vellet obliuisci. Alium ( nolentis Nomenclator ille fuit ) quem obliuiosum & officio suo imparem, grauer ferebat, egressuro igitur, & Augustum, Nunquid in foro agi vellet percunctanti? Commendatorias, ait, literas tecum profer, notum enim ibi nullum habes. Orator quidam clarus, sed gibbo prominenti deformatus, Galba, de quo Lolij vulgatissimus iocus erat. Ingenium Galbæ male habitare, is, inquam, coram Cæsare causam agens, & velut eloquio gloriabundus, sæpè iterans: Corrige in me,  
si quod